Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

vnnquodqꝫ eorum reſpondere. maximeqꝫ ad illa quæ de pace ac legatione mentitus eſt. quæ ipſe
cum philocrate patratus eſt. mihi aſcribens. Eſt vero neceſſe viri athenienſes. qui tūc eſſet rerum ſta
tus memorare. vt ad conditionē temporis cuncta referatis. Phocenſibus aduerſus Thebanos bellū
gerentibus. non me quidem auctore. nondum enim em̄ tunc in rep. verſabar. vos athenienſes ſic era
tis animati. vt Phocenſium quidem rebus. ꝗuis iniuſte pugnantium ſtuderetis. Thebanorum autē
quibuſcūqꝫ aduerſis lætaremini. Nec vos immerito id facere videbamini. nā victoria qꝫ in Leuctris
potiti erant non modeſte vtebantur. Peloponneſus vero omnis diuiſa erat. nec ii qui Lacædemoni-
os oderant. ita valebant vt eos euertere poſſent. nec qui antea propter illos potentes fuerant. domi-
nabantur. ſed erat apud hos atqꝫ cæteros omnes dubium quoddam & ambiguum certamē. Hæc au-
tem attendēs philippus (neqꝫ enim erant obſcura) ſingularum ciuitatum proditoribus pecunia cor-
ruptis adinuicem eos collidebat omnes conturbabat. ac deinde ip̄e paratus hoc obſeruans in turba-
tionibus atqꝫ calamitatibus aliorū ſemper ip̄e ſuboriebatur. Vt vero longitudine belli afflictos. tūc
qu dem ſuperbos. nunc autem miſeros thebanos. manifeſtum erat ad nos cōfugituros eſſe. ne hoc
fieret. neue hæ duæ ciuitates iūgerentur nobis pacem. thebanis auxilium philippus pollicet̄. Quid
ergo illi ſuffragatū ē ad nos ſponte fere noſtros decipiendos? Ceterorum grecorū ſiue oportet ma-
liciam ſiue ignauiam ſiue vtrūqꝫ ſimul dicere. qui longum ac graue bellum gerentibus vobis. idqꝫ ꝓ
vtilitate comuni. vt omnes intelligebant facientibus. neqꝫ milites neqꝫ pecuniam neqꝫ vllum omīno
auxilium preſtiterant. quibus vos merito infenſi. pacem philippo non inuiti conceſſiſtis. Fuit igit̄
pax tunc conceſſa iſtis de cauſis non auctore quidem me (vt iſte narrauit) ſed horum dona atqꝫ cor-
ruptelas in ipſa pace. ſi quis recte conſideraret preſentium malorum cauſam eſſe comperiet. vt pau-
lopoſt veriſſime oſtendam. Quod ſi maxime in facienda pace aliquid fraudis interueniſſe videatur
nihil certe ad me id attinet. Nam primus eius auctor fuit Ariſtodemus promptiſſime ſecutus eſt. &
ſeip̄m addixit Philocrates agnuſius. tuus o aeſchines ſodalis non meus nec ſi diſrūparis. id mētior
Fauerūt autem vobis (qua tandem de cauſa dicere omitto) Eubolus & Cteſiphon ego autē nequa
qꝫ. Verumtamen qum ita ſit. qūqꝫ veritas horum ita pateat. in id impudentiæ proceſſit vt dicere au-
deret. me præterqꝫ ꝙ pacis faciende cum philippo auctor fuerim. etiam prohibuiſſe ciuitatē. quo mi-
nus in comuni collegio græcorum foret. Deinde o. Quid autem ſi dixerit quiſpiam recte te appella
bit. an tu aliquo loco? qum me eiuſmodi ſocietatem tam oportunam impedientem videres. grauiter
tuliſti. aut nūqꝫ conqueſtus es? aut quæ nūc accuſas. tunc oſtendiſti. Atqui ſi ego corruptus a philip-
po hanc ſocietatem impediebam. tibi nō ſilere reliquū fuit. ſed clamare atqꝫ atteſtari. & id ciuitati pa-
lam facere. quod nūqꝫ feciſti nec te vnqꝫ dicentē de his rebus audiuit quiſquā. Nec vero tūc aberat
vlla legatio ad quemquā græcorum miſſa. ſed iampridem oēs redierant. nec in hoc quicquā ſince-
ri narrauit. Et preterea aduerſus ciuitatem calūniam maximā inducit. falſam tamē. Nam ſi vno ac eo
dem tempore cæteros quidem græcos ad bellum prouocabatis. vos autem legatos veſtros pacis fir
mandæ gratia ad philippum mittebatis. Eurybatis id erat facinus. non ciuitatis. nec bonorum viro-
rum Sed non eſt ita. non eſt. Nam quam ob cauſam in eo tempore vocauiſſetis ad pacem. At erat
omnibus ad bellum. At ip̄i de pace conſilium cœperatis. Ergo nec vt principio fieret pax. dux. aut
auctor fuiſſe reperior. nec cætera in quibus me calūniatus eſt. vera eē apparent. Poſt pacem vero cū
philippo factā. videte quid vterqꝫ nrm ſibi ſumpſerit agendū. Ex hoc. n. intelligetis. qs fuerit philip
pi fautor ad omnia ꝑficienda. & quis ꝓ vobis atqꝫ cōmodis vrīs oīa gerebat. Ego igitur ſententia
mea tūc decreui. vt legati celeriter ad ea loca nauigarēt. in quibus philippū fore audiret. ac iuſiurādū
ab eo reciperent. Hi aūt nec quū me auctore decretū eſſet facere voluerūt. Quid vero id refert iudi-
ces. ego oſtendā. philippo quidā cōducebat. quāplurimū tp̄is mediū fore anteqꝫ iuſiurandū ꝓſtaret.
nobis aūt vt quābreuiſſimū eſſet. Quāobrem. qa vos qdē nō ſolū exquo iurauiſſetis ſed exquo ſpa-
uiſſetis pacē eſſe faciēdā oēm apparatū belli diſſoluiſtis. ille vero oī tp̄e hoc vel maxīe captauit. putās
id qd̄ erat veriſſimū quæcūqꝫ ex noſtris cæpiſſet. priuſqꝫ iuſiurandū preſtaret. ea omnia ſe eſſe reten-
turum. nec ob id pacem violatā dici poſſe. Qd̄ ego ꝑſpiciens atqꝫ conſiderans ſentētia mea decreui
vt legati ad philippū celeriter nauigātes iuſiurandū acciperēt. vt hn̄tibus ſociis nrīs Thraciæ loca q̄
iſte nunc ſubtraxit. Serriū videlicet & Myrgiū & Ergyſcā. iuſiurandū recipet̄: nec anticiparet ille i lo
cis maxime oportunis ad bellum gerendū occupandis. neue inde pecuniarū ac militū copiā nāciſce-
ret̄ ad cætera euertēda. Sed hæc nō memorat aeſchines. nec decretū hoc recitat. Si vero legatos Phi-
lippi recipiendos cenſui hoc rep̄hendit. Quid agere debui. an decernere ne recipent̄ ii q ea de cā ve-
nerant vt nobiſcū loqrent̄. aut ne architectus locū eis in theatro daret. At ꝓ duobus nummis id ſibi
cōparaſſent ſi nō decreuiſſem. ea. ſ. quæ paruā vtilitatē reip. afferebāt curare me oportuit. vniuerſa ve
ro quēadmodū iſti venalia habere. nequaquā. Recita igit̄ decretū hoc. qd̄ iſte ſciens prudēſqꝫ præte-
riit. DECRETVM: Hoc me tūc decernentē. & vtilitatē reip. nō philippi ſeqntē. contēnentes iſti bo
ni legati tres mēſes totos in macedonia deſiderūt quoad rediret philippus oībus in Thracia locis
ꝑ vim occupatis dū liceret eis a principio decē diebus. immo aūt tribus aut quatuor in Helleſpontū
profectis iuſiurandū accipere & loca illa ab omni periculo liberare. Neqꝫ ei ea tetigiſſet preſentibus
nobis philippus. aut iuſiurandū nō recepiſſemus. Itaqꝫ nec vtrūqꝫ ſimul haberet & pacem & oppida
Prima igit̄ in ip̄a legatōne philippi quidē fraus. corruptela aūt peſſimoꝝ hoim hm oī fuit. cuius gra
tia & tūc & nūc & ſp. me iſtis ꝓfiteor inimicū. Aliud deinceps et mai⁹ & grauius facinus aiaduertite.